Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Leo papa: sermo de natale domini

urn:nbn:de:bsz:31-6697

Visual Library

ſceleribuſ· etquod eſt nequi
uſ omnium cultib· idolorū·.
Uolenſ ergo dſ terminare pec
catum· conſuluit uerbo·
lege· prophaetiſ· ſigniſ· pla
giſ· prodigiiſ: Sedcum nec
ſicquidem erroreſ ſuoſ ammo
nituſ agnoſcere& munduſ·
miſit dſ filium ſuum ut car
nem induere& & hominibuſ
apparere& & peccatoreſ ſana
ret; Qui ideo inhominem ue
nit· quia perſe ipſum abho
minibuſ agnoſci nonpotuit;
Utaūt uideretur· uerbum caro
factum eſt· aſſumendo carnē·
nonmutatum incarne; Aſ
ſumpſit enim humanitatem·
nonamiſit diuinitatē· Jta
idem dſ· etidem homo· Innatu
ra dī aequaliſ patri· Innatu
ra hominiſ· factuſ eſt morta
liſ innobiſ; Pronobiſ enim
denobiſ manenſ quod erat·
ſuſcipienſ quod nonerat· ut
liberaret quod fecerat; haec
eſt ergo dominicae natiuita
tiſ magna ſollemnitaſ· haec
eſt diei huiuſ noua etglorio
ſa feſtiuitaſ· aduentuſ dī fact̄
adhomineſ; Jtaq· dieſ iſte
pro eo quod ineo xpc natuſ eſt·
nataliſ dicitur; Quemq· ideo
obſeruare perreuolutum cir
culum anni feſta ſollemnita
te debemuſ· utinmemoriam
reuocetur· quodnatuſ ē xpc·

VII

SERMO PAPE LEONIS DENATALE DNI

SALUATOR NR̄ dilectiſſimi hodie na
tuſ eſt· gaudeamuſ; Neq·
enim locum faſ eſt eſſe triſti
ciae· ubi nataliſ eſt uitae·
Quae conſumpto mortalitatiſ
timore· Ingerit nobiſ depro
miſſa aeternitate laetitiam;

·II· Tuaūt dn̄e· quipnr̄a ſalute peruirginē naſci dignatuſ eſ· miſer·

Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur: Una cunctis laetiae communis est ratio: Quia dns nr peccati mortisq. destructor: sicut nullum a reatu liberum repperit: ita liberandis omnib. uenit; Exultet scs. quia propinquat ad palmam; Gaudeat peccator: quia inuitatur ad ueniam; Animetur gentilis: quia uocatur ad uitam;

Di namq. filius secundum plenitudinem temporis quam diuini consilii inscrutabilis altitudo disposuit: reconciliandam auctori suo naturam generis assumpsit humani: ut inuentor mortis diabolus per ipsam quam uicerat uinceretur; In quo conflictu pro nobis inito magno et mirabili aequitatis iure certatum est. dum omps dns cum saeuissimo hoste non in sua maiestate sed in nra humilitate congreditur: Obiciens ei eandem formam eandemq. naturam mortalitatis quidem nrae participem. sed peccati totius expertem; Alienum quippe ab hac natiuitate est quod de omnibus legitur; Nemo mundus a sorde nec infans cuius est unius diei sisit uita eius super terram: Nihil in istam singularem natiuitatem de carnis concupiscentia transiit. Nihil de peccati lege manauit;

Uirgo regia dauiticae stirpis eligitur: quae sacro grauidanda fetu diuinam humanamq. plem prius conciperet mente quam corpore; Et ne superni ignara consilii ad inusitatos pauerat effectus quod in ea operandum erat ab spu sco colloquio discit angelico: Nec

damnum credit pudoris· di
genitrix mox futura; Cur
enim de conceptionis nouitate
diſperet· Cui efficientia de al
tiſſimi uirtute pmittitur;
Confirmatur credentis fides·
etiam praeeuntis attestatione
miraculi; Donaturque helisa
beth inopinata foecunditas·
ut qui conceptum dederat ste
rili· daturus non dubitaret ut
et uirgini; Verbum igitur dī·
ds filius dī· qui in principio erat
apud dm̄· per quem facta sunt
omnia· et sine quo factum est
nihil· propter liberandum
ab aeterna morte hominem·
factus est homo; Ita se ad sus
ceptionem humilitatis nrae
sine diminutione suae maie
statis inclinans· ut manens
quod erat· aſſumensque quod
non erat· ueram serui formam
ei formae in qua dō patri est

aequalis uniret· et tanto foe
dere naturam utramque conse
reret· ut nec inferiorem consu
meret glorificatio· nec superi
orem minueret aſſumptio;
Salua igitur proprietate utri
usque substantiae et in unam co
eunte personam· suscipitur
a maiestate humilitas· a uirtu
te infirmitas· ab aeternitate
mortalitas· et ad dependendū
conditionis nrae debitum· na
tura inuiolabilis· naturae est
unita paſſibili; Dsque uerus·
homo uerus in unitatem dni
temperatur; Ut quod nris
remediis congruebat· unus
atque idem di hominumque me
diator· et mori poſſet ex uno·
et resurgere poſſet ex altero;
Merito uirgineae integritati
nihil corruptionis intulit par
tus salutis· quia custodia
fuit pudoris· editio ueritatis;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Taliſ ergo dilectiſſimi natiui
taſ decuit di uirtutem & di
ſapientiam xpm · qua nobiſ
et humanitate congrueret ·
& diuinitate praecelleret ·,
Niſi enim eſſet uerus ds · non
afferret remedium · Niſi eſſet
homo uerus · non praeberet
exemplum ;, Ab exultantib ·
angelis naſcente dno gloria
in excelsis do cantur · & pax
in terra bonae uoluntatis
hominib · nuntiatur ; Uident
enim caeleſtem hieruſalem
ex omnib · mundi gentibus
fabricari ; De quo inenarrabi
li diuinae pietatis opere ·
quantum laetari debet humi
litas hominum · cum tantum
gaudeat ſublimitas angelorum ·,
Agamus ergo gratias dilectiſſi
mi do patri per filium eius in
ſpu ſco · qui propter multam
caritatem qua dilexit nos · mi
ſertus eſt nri · et cum eſſemus
mortui peccatis · conuiuifica
uit nos xpo · ut eſſemus in ipſo
noua creatura nouumq · fig
mentum ;, Deponamus ergo
ueterem hominem cum actib ·
ſuis · & adepti participatione
generationis xpi · carnis renun
tiemus operibus ; Agnoſce ó
xpiane dignitatem tuam · &
diuinae conſors factus naturae
noli in ueterem uilitatem dege
neri conuerſatione recedere ;
Memento cuius capitis · et cuius ſis cor
poris membrum ; Reminiſcere
quia erutus de poteſtate tene
brarũ · tranſlatus es in di lumẽ
& regnũ ; Per baptiſmatis ſa
cramentum · ſps ſci factus es
templũ ; Noli tantũ habitatorẽ
prauis dete actib · effugare · & di
aboli te iterũ ſubicere ſeruituti ;
Quia pretium tuum ſanguis e xpi · qui
ueritate te iudicabit · qui miſe-

ricordia te redemit xpe dnſ nr.

IIII ITEM ALIUS UN DE SUPRA.

EXULTEMUS
in dno dilectiſſimi.
& ſpiritali iocunditate laetem.
quia illuxit dieſ redemptioniſ noue.
p̄parationiſ antique. felicitatiſ aeterne;
Reparat enī nob ſalutiſ nrae annua
reuolutione ſacramentum ab
initio p̄miſſum. in fine redditū.
ſine fine manſurum; In quo di
gnum eſt noſ ſurſum erectiſ cor
dibuſ diuinum adorare my
ſterium. ut quod magno di
munere agitur. magniſ eccle
ſiae gaudiiſ celebretur;
Dſ enim omp̄ſ et clemenſ. cu
iuſ natura bonitaſ. cuiuſ uo
luntaſ potentia. cuiuſ opuſ
miſericordia eſt. ſtatim ut
noſ diabolica malignitaſ ue
neno ſuae mortificauit inui

diae. praeparata renouandiſ
mortalibuſ pietatiſ ſuae reme
dia. inter ipſa mundi primor
dia praeſignauit; Denunti
anſ ſerpenti futurum ſemen
mulieriſ. quod noxii capitiſ
elationem ſua uirtute conte
reret; Xpm ſcilicet in carne
dm hominemq. ſignificanſ.
qui natuſ ex uirgine. uiolato
rem humanae p̄paginiſ. incor
rupta natiuitate damnaret;
Nam quia gloriabatur diabo
luſ hominem ſua fraude dece
ptum diuiniſ caruiſſe munerib.
& inmortalitatiſ dote nudatū.
duram mortiſ ſubiſſe ſententiā.
ſeq. in maliſ ſuiſ quoddam de
praeuaricatoriſ conſortio inue
niſſe ſolatium. dm quoq. iuſte
ſeueritatiſ exigentem ratione
erga hominem quem tanto ho
nore condiderat antiquam
mutaſſe ſententiam. Opuſ fuit

III. Tua uit dſ. qui hodierna die p̄ ſalute humani generiſ
in carne manifeſtari uoluiſti. miſerere nob.